



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 59. Inauguratio Pii IV. Pontificis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

„facultatis ad illas approbo. „ Cum Sæcul. XVI.
 autem ille Baccalaureus propositionem, A.C. 1560.
 quæ infidelium actiones concernit, spe-
 ciatim revocare constanter detrectaret,
 hinc censuit eadem sacra Facultas
 præfatum Seichespéeum privandum es-
 se per biennium fructibus, congrega-
 tionibus, & omni consortio dictæ facul-
 tatis, neque admittendum esse ante di-
 ctum tempus ad juramentum; si vero
 contigerit, dictum Seichespée nolle pa-
 rere facultati, & prædictas propositio-
 nes revocare modo præscripto, censuit
 eadem facultas, eum non esse admitten-
 dum ad doctoratus lauream, sed in perpe-
 tuum ea esse privandum.

§. LIX.

Inauguratio Pii IV. Pontificis.

Interea Pius IV. neo-electus Pontifex *Raynal. n. 1.*
 die sexta Januarii sanctis tribus Re- *Onuphr. in*
 gibus sacra anno sequenti millesimo *vita Pii IV.*
 quingentesimo sexagesimo inauguratus *Panvinius &*
 est, atque in hoc ritu insignia prorsus *Andr. Visto-*
 pietatis suæ specimina edidit. Post hæc *rel. in addit.*
 in primo Purpuratorum Senatu Cardi- *ad Ciacon.*
 nalibus declarabat, sibi firmum, fixum-
 que esse, quod ad Religionem Catholicam
 in sua puritate conservandam, necnon
 ad redintegrandam morum integrita-
 tem, tutissima quævis media adhibere,
 æqui-

Sæcul XVI æquitatisque studiosus populum ab in-
 A.C. 1560. genti vectigalium onere, quo hucusque
 premebatur, eximere velit. Hanc pi-
 am Pontificis voluntatem Cardinales
 actis palam gratiis deprædicabant:
 Ut vero novus hic Pontifex promisso-
 rum facilitatem non verbis, sed operis
 constantia comprobata redderet, pri-
 mas eo curas intendebat, ut Ferdinan-
 dum Cæsarem, prout ante electionem
 suam promiserat, Sedi Apostolicæ re-
 conciliaret, simulque damnum repara-
 ret, quod Paulus IV. intulisse dicitur,
 eoquod hunc Principem tanquam Cæ-
 sarem salutare pertinacius recusasset, ac
 propterea illum sacræ sedi minus pro-
 pensum reddidisset. Itaque Pius IV.
 quinto post electionem die tredecim Car-
 dinales convocabat, ut eisdem hoc ne-
 gotium proponeret, cum ergo comper-
 tum esset omnibus, hunc Principem in-
 digne habitum, illamque agendi ratio-
 nem ejus dignitati injuriosam fuisse:
 hinc conclusum, ut Papa prior Cæsa-
 rem placare satageret, confestimque ac-
 cersiri juberet Franciscum Turrianum
 Cæsareum ministrum Romæ, eique nun-
 tiaret, quod imperatoriam dignitatem
 a Carolo in Ferdinandum translata ratam haberet, & legatos ipsius, tan-
 quam legitimi Imperatoris excepturus,
 ac receptis honorum titulis, ubi ad il-
 lum

P

lum erit scribendum, compellaturus est: id vero Ferdinando per ipsum hunc Legatum significari cuperet (*). Sæc. XVI.
A. C. 1560.

Diverſo tamen modo rem narrant alii Scriptores, aſſeruntque, quod Imperator percepto Pauli IV. obitu datis literis Turriano injunxerit, ut neo-eleſto Pontifici conſeſtim poſt ejus inaugurationem Cæſaris nomine filialis obſequii penſum exſolveret: itaque ſecundum hæc mandata Orator die tertia Decembris ad alloquium admitti petiit, obtinuitque, ac Pius IV. Pontifex, poſtquam officioſam Oratoris ſalutationem exceperat, eidem declarabat, quod Imperii coronam ad Ferdinandum translata omnino ratam habeat, ac propterea ſemper eundem titulis tantæ dignitati

(*) Hæc Continuator non ex Raynaldo, Onuphrio Panvino, vel Andrea Viſtorello, quos tamen allegavit, deprompſerat, ſed ex ſuo Sarpio: ſi ergo hunc maledicum ſcriptorem ſequi non erubuit, cur eum citare toties erubeſcit? cur Lectoribus ſuis imponere audeat, cum frequenter Catholicos, integerrimosque ſcriptores in margine citat, in hiftoriæ vero contextu proſcriptorum, ac ſuſceptorum ſcriptorum commentis utitur? Hæccine eſt integritas, ſanaque criſis, ac ſelectus in Scriptore Eccleſiaſtico tantopere deſideratus.

Sæcul. XVI. gnitati congruis honorare velit: hæc ve-
 A.C. 1560. ro Orator Imperatori referat.

§. LX.

Pontifex Ferdinandum tanquam Cæsarem veneratus.

Pallav. l. c. Si horum Scriptorum relationi fides ef-
Bzov. t. 20. fet habenda, tunc non Pontifex, sed
ann. 1560. prior Ferdinandus Cæsar hoc obsequii
n. 2. genus Pio IV. exsolvit: verum utut
Goldast. t. 2. res se habuerit, id omnino compertum
Const. Imper. habemus, quod Imperator de pia Pon-
fol. 372. tificis voluntate per suum Oratorem e-
 doctus mox datis ad Papam literis ele-
 ctionis factæ lætitiâ testatus, eidem
 gratias rependerit pro paterna benevo-
 lentia, qua negotio, & difficultati illi,
 quam olim ejus Prædecessor Paulus IV. mo-
 verat, justum, & optatum finem imponere vo-
 luit. Postea eidem hæc significabat:
 hoc triduo, vel quatrinduo hinc profecturus est
 sollemnis noster Orator, cui munus Sanctita-
 ti vestræ nomine nostro, qua par est, sub-
 missione congratulandi, debitumque & solitum
 reverentiæ, ac devotionis officium, more
 Prædecessorum nostrorum Electorum Ro-
 manorum Imperatorum præstandi impo-
 suimus.

Data est hæc Cæsaris epistola die
 decima sexta Januarii. Ceterum hic
 idem Orator erat Scipio Comes de Arco,
 qui